

⁵⁴
Arbaces, cum belli socijs pro cuiusq; meritis dona impenderet, provinciãrũ A
quoq; præfides pronunciauit. Babylonius Belesus, qui futurũ imperiũ præ
dixerat, admonens præmissorũ, præfecturam Babyloniã obtinuit: & simul
testatus est, uotum se Belo, dum in dubio res esset fecisse, uicũ Sardanapalo,
regiaq; incensa, cineres se ex ea Babyloniã delaturum: ac pone templũ Dẽi
aggerem erecturum, qui ab omnibus per Euphratem nauiganibus conspice
retur, perpetuum monumentum regni Assyriorum delecti. Hoc petijt sua fo
re eunucho quodam, à quo argentum aurumq; ad se delatum occultũ tenuit.
Quod ignorans Arbaces, (existimabat enim, omnia igni unã cum Sardana
palo absumpta esse) deferri Babyloniã cineres permisit, ciuitati immunita
te concessa. Belesus paratis nauigijs unã cum cineribus Babyloniã uim mag
nam auri argentiq; destinauit. Qua re ad regem delata, iudices eius criminis
dati sunt ex his qui unã secum fuerant uictores. Cum Belesus factum confite
retur, iudices eũ capite damnarunt. Rex, magni uir animi, uolens regni prin
cipia humanitate ac clementia firmiora reddere, non solum Beleso poenam re
misit, sed & asportatum aurum argentumq; condonans, præfecturam Baby
loniorum à principio cõcessam, habere iussit, asserens maiora illius erga se be
neficia, quã iniurias esse. Hac uulgata clementia, non solum Beleso poenam re
misit, sed et gloriam assecutus est, censentibus omnibus illum imperio
dignum, qui ita parceret delinquentibus. Arbaces suis bonis ciuibus concess
is, urbem à solo euerit: aurum argentumq; omne (nam ad multa talenta ex
incendio effluerat) detulit in Ecbatanam Mediã urbem. Hoc pacto Assyrio
rum imperium, quod ad trigessimam prolem à Nino peruenerat, annis mille
& quadringentis ad Medos transijt.

Agbarus Mactar

DE CHALDAEIS, ET DE OB
seruatione astrorum. Cap. VIII.

NVnc æquum uidetur, quò nil memoratu dignum omittamus, de his qui
Chaldaei apud Babyloniõs uocantur, referre. Chaldaei Babyloniõrũ an
tiquissimi, eum locũ in sua rep. quem in Aegypto sacerdotes obtinuerunt. Ad
cultum enim deorum deputati, per omnem uitam philosophantur, peritissimi
astrologiã habiti. Multi diuinatione quadã futura prædicebant, ac tum augu
rijs, tum sacris, tum alijs quibusdam incatationibus & mala auertere ab homi
nibus, & bona asserre, auguria insuper somniaq; & prodigia interpretari con
sueuerunt. Eorum præterea quæ ad sacra speculanda pertinent, peritissimi. Non
enim quemadmodum Græci, horum omniũ doctrinam percipiunt. Nam pueri
à patribus progeniẽ secuti eam discunt philosophiam, omni aliarũ rerũ cura
posthabita. Ita, tum quia à teneris annis in ea doctrina erudiunt, tum quia diu
tius in illa perseverant, doctissimi euadunt. Apud Græcos ut plurimum tardẽ
ad philosophiam accedunt, paulumq; in ea immorati, ad quaestum uertuntur.
Pauci admodum in ea immorantur perdicenda, lucri gratia ad alia exercitia
uersi. Non enim de more imitantur parentum doctrinam, sed ipsi sua sponte
uarijs studijs pro libito incumbunt. Etenim barbari in suscepto exercitio sem
per immorantur, Græci uerò lucri gratia nouis semper opinionibus incūben
tes, deq; maximis disciplinis inter se altercantes, incertos discipulos reddunt,
animumq; eorum per omnem uitam dubium, nulla certa sententia, errore cõ
pellunt. Ita si quis præclarissimorum philosophorum diligenter sectas exqui
rat, repugnantes admodum, maximisq; de rebus inuicem contrarias compe
riat. At uerò Chaldaei mundum sempiternum esse aiunt, neq; principium ha
buisse, neq; sortiturum esse finem. Vniuersorum ordinem atq; ornatum diu
na quadam providentia factum. Cœlestia omnia non casu, aut sua sponte, sed
determinato quodam firmoq; deorũ nutu iudicioq; esse perfecta. Astrorum,
longa obseruatione cursum naturamq; diligentissimẽ scrutati, multa futura
homi-